

1. De Inferose, quod ex mergatura in remp.
redundat. N. F. Fließheim a Tübing.
2. De jure alternandi, inter status Imporii,
de praecedentia sessionis et voti certantes,
recepto. C. S. Fritsch.
3. De Immoderata ad bibendi conscientiae.
J. L. Eysler.
4. De tortamento imperfecto. C. M. Scher.
5. De Tutorc debitore vel creditorc minoris.
J. J. Ettinger.
6. De justitia l. 4. C. de S. Trinit. Requis publice
de fide catholicæ, contendere eudeat.
P. G. Flory.
7. De brachio seculari. J. J. Silberrad.
8. De jure circa furiosos obtinente. D. Faubel.
9. De rebus ac personis forreis. C. A. Osen.
10. De postulatione canonica. M. H. Heberer.
11. De defensio. J. Kodeler.
12. De Uniione Ecclesiæ potissimum protestan-
tium. E. Olerus.
13. De indiciis in crimine magiae quoad tortura
reprobatis et approbatis octo. art. 94
C. C. S. Meyer.
14. De liberis Imperi Civitatib. P. G. A. Stru-
B. J. J. Wondschneider.
15. De reintegratione matrimonii. G. N. Göring.
16. De Dote. vulgo effectione. J. Klinger.
17. De Ecclesiæ filialibus carum ueribus. J. Zitt.
18. De Carcere debitorum vulgo Spieldritter
J. G. Friedler.
19. De matrimonio, cum damnato ad mortem
contrahendo. J. S. Schnettor.



20. De jure Aionis oria et diaphora.
H. C. Thomasius. P. C. P. G. F. B.
21. De compensatione fisci. I. G. Fichtner.
22. De partis usurarum legitime. R. J. P.
Fichtner. X. J. Binder.
23. De literis dimisoris. H. A. P. L. S. H.
R. J. C. Donaverg R. H. Balemann.
24. De iudice in dubio. R. K. Spitzig & G. C. Bayer.







10.
DISPUTATIO. IN AVGVRALIS.

DE.

POSTVULATIONE.
CANONICA.

QVAM.

ADJUVANTE. SACRO-SANCTA. TRIADE.

EX.

DECRETO.

MAGNIFICI.

JCTORVM. ORDINIS.
IN. INCLVTA. ALTDORFINA.

PRO.

LICENTIA.

DOCTORALI. IN. VTRQVE. JVRE.

SOLENNI. ERVDITORVM. EXAMINI.
SVBMITTIT.

MARCVS. ANTONIVS. Heberer.

REGIO-MONTANVS. FRANCVS.

AD. D. 17. MENS. JUNII A. CHR. M. DC. LXXX.

TYPIS. HENRICI. MEYERI. UNIVERSIT. TYPOGR.





J. J.

PRÆFAMEN.

Ræter *Jus Romanum* ab Imperatore nostro compositum & promulgatum *jus quod Pontificium seu Canonicum Imperium nostrum Romano - Germanicum magna ex parte occupasse*, nemo forsitan negabit. *Quamvis enim ex inveterato Germaniae usu consuetudines, statuta atq[ue] jura municipalia legibus scriptis hodie præferantur, nisi legibus expressè sint antiquata, si tamen nulla adsint, ad ius Civile & Pontificium provocamus, juxta Vult. Jurisprudent. Roman. prolegomen. ferè in fin. ut & Hennig. Rennem. Jurisprud. Roman. prolegomen. th. 16. Conrad. Rittershus. different. Jur. Civil. & Canon. in Proœm. Paul. Voet. de Uſ. Jur. Civil. & Can. in Belg. Unit. Juris enim Canonici Autoritas haud minus ac juris Civilis ab Imperii Statibus tam Protestantibus, quam Catholicis, in variis certis de causis recepta est materiis, testante Theodor. Reinking. de Reg. m. secul. libr. II. Class. 2. cap. 6. num. 1. & 2. Herman. Vultej. in citat. Prolegom. in fin. & libr. II. Jurisprudent. Rom. cap. 30. num. 94. Struv. in Synt. Jur. Civil. Exercitat. II. th. 39. Hinc & in Academiis universi nostri Imperii jus hoc Pontificium non solum publice docetur, sed & Candidati in eo non minus, ac in jure Civili examinantur, tandemq[ue] Doctores utriusq[ue] juris renunciantur & creantur. Proinde & ego post exantlata in utroq[ue] jure examina privata, ex decreto Magnifici Juris-Consultorum Ordinis, publico eruditorum examini me sistens, in presentiarum materiam juris Canonici de Po-*

¶:(4.):¶

ſtulatione in argumentum Disputationis Inauguralis ſelegi, eamq;
methodicè juxtim ac compendiosè pertractare pro ingenii viribus
mecum conſtitui. Ut verò hic labor eò felicius progrediatur, im-
plorato Altissimi Iehovæ auxilio, tractationem ipsam ſuſcipio, eo
modo acordine, quem ſequens ſeries capitum loquitur, ut I. con-
tineat nominis declarationem ac definitionem Postulationis Cano-
nicæ; II. tradat originem hujus postulationis; III. oſtendat quib-
us postulandi facultas competat & quibus Jus Canonicum ean-
dem adimat; IV. monſtret, qui postulandi veniunt & qui po-
ſtulatione indigni; V. exhibeat formam ac modum noſtræ Po-
ſtulationis; VI. pertractet Postulationis convenientiam cum ele-
ctione ipſiusq; diſcrepantiam; VII. ſuppedit et finem Postulatio-
nis a cffectum; VIII. ſtatutum poſtulatorum Protestantium Epi-
ſcoporum ſubjiciat.

CAP. I.

Continens nominis declarationem ac definitio-
nem Postulationis Canonice.

Differtationem hanc à genuina vocis ex-
plicatione non immerito auſpicor, ne alias adver-
ſus disputantium regulas peccaffe videar. Certus
namq; ſum ex accuratori verborum intelligentia
rerum dependere cognitionem, juxta l. ultim. C. de Legit. Tu-
tel. & tot. titul. ff. de Verbor. Signific. Et verum verborum
ſignificatum haud parum ad ipsa jura rerum perſcrutanda
conferre. Sicut enim natura ab elementis incipit, ita qvoq;
omnis doctrina ac disciplina à cognitione vocum incipere
debet, hæc enim ante tractationem rei recte ſuſcepta facilio-
rem ad rem ipsam aditum patefacit. Exempla apud Jctos
obvia ſunt. in l. 1. ff. de Juſt. & Jur. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de
Tutel. l. 2. §. 2. ff. de Reb. Credit. l. 1. ff. de furt. & inter alios
qvoq;

❧:().):❧

qvoq; testis est *Alexand.* ab *Alexand.* Qvando pessimè cum his actum existimat, qui prætermisso latinæ linguæ nitore & cultu verborum se protinus ad LL. interpretamenta præcipites tradunt, &c. 3. *Genial. dier. c. 4. in med.* Est autem postulare verbum aliquod simplex, & præter communem varios, tum qvoad jus Civile, tum etiam qvoad jus Canonicum, significatus habet. Veteribus JCtis nihil aliud fuit, qvam desiderium vel suum vel amici in jure exponere vel adversarii desiderio contradicere. *vid. l. 1. §. 2. ff. de Postul.* Deinde denotat idem ac accusare, *l. 38. §. 6. ad L. Jul. de adult.* ut postulare suspectum tutorem, *l. 1. §. 2. t.t. de suspect. tut.* postulare capit, *l. 53. ff. de fidejussor.* postulare criminis *l. 41. de solut.* postulare expilatæ hæreditatis *l. 33. de negot. gest.* Deniq; postulare proprie hoc dicimus, pro tribunali petere non alibi *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect.* postulare lege aliqua significat judicio convenire aliquem, einen belangen/ postulare judicium, umb Recht ansuchen/postulare reum, einen anklagen/ mit Recht fürnehmen. Add. *Bachov. ad tit. D. de postul. num. 1. Lexiograph.* in verbo postulare. Præter has enumeratas juris Civilis significationes, nova plane & peculiaris, sensu tamen haud impro prio, Jure Canonico habetur, qvo Postulatio Canonicae institutionis speciem denotat, & postulare est vocare personam aliquam ad dignitatem Ecclesiasticam, qvæ eligi nequit, non propter vitium, sed propter defectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit ad providendum Ecclesiae. *Hostiens. in Summ. de Postulat. Prælator. num. 2.* Hinc Postulatio Canonica est ejusmodi vocatio ad dignitatem Ecclesiasticam. *tot. titul. de Postulat. Prælat. § cap. innotuit 20. §. Habito X. de Elect.* & *E.P. Add. Abb. Parnormitan. in Rubr. de postulat. Prælator.* ubi postulare esse dicit à superiore petere personam, qvæ ob defectum aliquem ad Episcopatum vel Prælaturam eligi nequit, qvam Postulationem definit per qvandam gratiæ petitionem à superio-

refactam, de promovenda persona ad Episcopatum vel Prælaturam, ad quam de jure communi propter defectum aliquem vel impedimentum eligi aut promoveri non potest. *Lancelott. Institut. Jur. Canon. libr. 1. titul. 8. Joachim. Stephan. Inst. Jur. Canon. libr. 1. cap. 4. & Matth. Stephan. libr. III. part. 1. cap. 10.* describunt, quod sit ejus, qui eligi non potuit apud superiorem concors Capituli seu Collegii vocatio ac petitio. *Schopp. de postulat. Prælator.* dicit esse petitionem alicujus ad officium Episcopi vel Prælati, qui alias canonicè eligi nequit. *Valer. Andrae. Dessel. in suis Erotemat. jur. Canon. libr. 1. tit. 5. quest. 1.* tradit, quod Postulatio Canonica sit concors & simplex Capituli apud superiorem petitio de certa persona ad dignitatem Ecclesiasticam admittenda, quae alias propter impedimentum aliquod ad regendum & administrandum Episcopatum vel Prælaturam eligi aut adsumi non potest. Confer. *Corvin. ad Jus Canon. titul. de postulat. Prælator. in princip. Sprenger. Institut. Jur. publ. libr. 2. c. 31. Marc. Anton. Cucch. institut. Jur. Canon. libr. 1. tit. 8. de Postulat. Prælat. Hostiens. in Summ. de postulat. Speculat. libr. 4. eod. titul. Coras. part. 1. de sacerdot. cap. 2. Francisc. Duaren. de sacr. Eccles. ministr. ac benefic. lib. 5. cap. 1. & 2. Cabot. de confirm. Episcop. Tholosan. in novis Institut. rei benefic. cap. 10. n. 15. Vallens. atque Ungepauer ad Decret. de postul. Præl. Ziegler ad Lancelott. Instit. dict. titul. aliiq; plures, definitiones postulationis proferentes. Quæ definitiones tamen omnes de Postulatione solenni illi intelligunt, quibus Postulatio alia est solennis, hactenus scilicet definita, quæ recta ad superiorem intenditur, qui omne postulati impedimentum removere potest, adeò ut electione & confirmatione opus non habeat, cum eorundem vim secum trahat; Alia verò simplex & minus solennis, quam ab eo peti dicunt, qui dispensare non potest, cujus tamen consensus propter autoritatem, quam in postulatum habet, exigitur, veluti ab Abate aut patre si Monachus postulatur vel filius- familias*

familias, & in ea electionem & confirmationem insuper re-
qvirentes, illud vulgare confirmant, per postulationem ad
electionem deveniri. Joach. Steph. lib. 1. Inst. Jur. Canon. c. 4.
de postul. Matth. Steph. lib. 3. de jurisd. p. 1. c. 10. n. 12. Cucch.
lib. 1. Inst. Jur. Can. tit. 8. de postul. Qvam tamen distinctionem
pro deliramentis reputat Coras. de Sacerd. p. 4. c. 2. qvia postu-
latio Canon. omnis apud Superiorem Postulantum fieri de-
bet & ex ejus nutu & gratia tota dependet. c. 1. § 3. ¶ . de po-
stul. prælat. authoritas vero Abbatis & patris respectu po-
stulati tantum in considerationem venit, imo Monachus eligi
potest, non postulari, licet electioni sine Abbatे assentire
non possit. c. 27. de elect. in 6. c. f. ¶ . de postul. prælat. & filius-
fam. in spiritualibus sui juris censetur. c. f. de jud. in 6. Deinde ad-
missa ab eo, qvi super electionis impedimento dispensare po-
test, Postulatione eaq; cōprobata electionis confirmatæ ple-
num habet effectum, nec aliam electionem & confirmatio-
nem desiderat. c. 40. ¶ . de Elect. §. 6. I. J. C. de confirm. elect. c. 4.
in f. ¶ . de Post. Præl. Proinde istæ enunciationes admittendæ
non sunt, per Postulationem ad electionem perveniri; ac
per eam postulatum fieri electionis capacem. Coras. d. c. 2.
n. 17. & seq. Petr. Peck. ad c. 1. de R. J. in 6. n. 15. Ziegler. ad §. 6.
J. J. C. de confirm. elect. Quæ Postulatio in præcedentibus va-
rie à variis descripta, sive originem, sive formam & modum
ejus respicias recte canonica dicitur. Nam originem suam
Postulatio canonibus, vel si augustius nomen magis placet,
Juri Canonico debet, ut ex iis, qvæ cap. seq. dicuntur, clarius
apparebit. Deinde Postulatio secundum Canones, & mo-
res ab iis probatos, fieri debet, ut justa, firma & valida sit, cum
beneficium Ecclesiasticum non possit licite sine institutione
Canonica obtineri, juxta regulam Juris Can. in c. 1. d. R. J. in 6.
ubi verbo obtineri, non impetrari de industria usus est Pon-
tifex, qvoniam illud firmitatem significat & causam perma-
nentem, hoc vero & ad causam temporariam & revocabi-
lem

lem trahi potest. Add. Petr. Peck. ad d. c. 1. n. 26. & seqq. &
Heinr. Canis. ibid. Cujus rei ratio redditur illa, qvod in Eccle-
siam DEI non debet esse alius ingressus, quam per ostium,
qvod non ita claudendum ab iis, qvibus cura clavum com-
missa est, ut nemini aperiatur, nec ita referandum, ut omni-
bus pateat. Hæc Canonica Postulatio in c. 1. inf. 2. de postul.
prælat. idonea qvoq; appellatur, propterea forte, qvia Postula-
tioni non aliter relinquitur locus, nisi urgente necessitate,
& ob evidentem Ecclesiæ utilitatem. Alteserra ad c. 1. 2. de
postul. prælat.

CAP. II.

Tradens originem hujus Postulationis.

AD originem Postulationis cognoscendam faciunt qvi-
dem illa, qvæ de Electione atq; constitutione Epi-
scoporum aliorumq; Ecclesiæ ministrorum passim pro-
ponuntur, qvia tamen illa ipsa à Dn. Conring. in Disputat. de
Constitut. Episc. Germ. aliisq; laxè deducta sunt lubens præ-
tereo, & statim de Postulatione nostra autumō, illam in primi-
tiva Christianorum Ecclesia quidem incognitam fuisse, atq;
veteres promiscue usurpasse verba Electionis & Postulatio-
nis c. 14. dist. 63. adeo ut Ambrosius, qvem scimus ex catechu-
meno postulatum, electus dicatur. c. 3. d. dist. 63. Alteserra in
princ. c. 1. & 2. 2. de Postul. Pralat. Ziegler. ad pr. J. J. C. de po-
stul. Hinc etiam Francisc. Duar. lib. 5. de sacr. Eccles. ministr.
ac benefic. c. 2. ingenuo fatetur, se hujus Postulationis nunc usi-
tatæ apud antiquos non reperisse exemplum. Postmodum
vero in electionis quasi subsidium paulatim moribus vel
consuetudine Postulatio hæc introducta, & decretalibus In-
nocentii III. confirmata videtur eum in finem, ut promoveri
ad Episcopatum possent, qvi propter Canones recentiores
eligi non poterant, Dn. Ziegler. d. l. Sprenger. lib. 2. Instit.
mol. Jur.

¶:(9.):¶

Jur. Publ. c. 32. §. 4. in fin. Neq; tamen hoc recentius Postulationis inventum ratione & æqvitate caret, qvam vel arctiora Electionis jura cuilibet, curatius ea perpendenti, sugerere valent, & æstimata Ecclesiarum utilitas & necessitas, qvæ omnem humanam legem juxta Senecam frangit, probe demonstrat. Nam juxta Canonum decreta eligendus esse debet ætate maturus, natalibus illæsus, corpore integer, fama candidus, literis instructus, religiosus, castus, hospitalis, mansuetus, irreprehensibilis &c. adeo, ut, si contra unum vel alterum horum ab elegantibus peccetur, non solum electio ipsa concidat, sed & electores potestate eligendi priventur. Ne igitur impedimentum sæpe exiguum magnum adferret detrimentum Ecclesiis, placuit juris Canonici authoribus Electionis severitatem Postulationis remedio ita temperare, ut summum jus æqvitati cederet, & salva nihilominus maneret Canonum reverentia. Proinde is, qvi, ob impedimentum aliquod eligi non potest, recte nunc postulatur, & qvi ordinario jure electionis gaudere non potest, extraordina-ria gratia Pontificis defenditur. Duaren. d. c. 2. in pr. Pet. Peck ad d. c. 1. de R. I. in 6. n. 15. Canis. ad d. t. ¶ . de Postul. Præl. n. 1. A quibus hactenus dictis parum vel nihil differunt ea, quæ ha-
bet Besold. in thes. Pract. sub verb. Bischoff. n. 62. & M. Ant. Cucch. lib. 1. Institut. J. C. c. 4. de Postul. n. 2. & seqq. Zoës. ad tit. ¶ . de Postul. Prælat. n. 3. Vallens. ibid. n. 2.

CAP. III.

Ostendens, quibus postulandi facultas competit,
& quibus Ius Canonicum eandem
adimat.

Quemadmodum Electio Capituli vel Collegii est, ita Po-
stulatio ejusdem Capituli Canonicis seu Capitularibus
competit. c. 1. inf. c. 4. §. cæterum ¶ . de Postul. Præl. Is namq;
postu-

postulare potest, qui eligere, Hostiens. in Summ. de Postul. Prælator. num. 9. Coras. p. 4. de Sacerd. c. 2. n. 3. Joach. Steph. lib. 1. Inst. J. C. cap. 4. de Postul. n. 4. Zoëf. d. t. n. 5. Unde sicut ad Electionem, ita qvoqve ad Postulationem omnes ex Collegio admittuntur, sive nobiles sive ignobiles sint. Competere autē hæc postulandi eligendiq; facultas coepit Capitulis seu Collegiis Ecclesiarum ex conventione inter Imperatorem & Romanum Pontificem facta in Comitiis Wormatiensibus A. C. 1122. notante Chytræo in sua Chron. qvem laudat & seqvitur Matth. Stephan. de Jurisdic̄t. libr. 3. p. 1. cap. 9. num. 9. cum ab initio rei Christianæ Episcopi à reliquo clero & populo fidieli fuerint electi & constituti, donec Imperatores Romani Christo nomen dedissent, qvo tempore non temere passi sunt aliquem ad Episcopatū adspirare, nisi accedente suo consensu, probe intelligentes, multū ad tranquilitatem Reipubl. facere, bonos & pacificos clerros sacra tractare. c. 1. dist. 62. c. 9. cum seqq. c. 22. dist. 63. Verū in dictis Comitiis non tam electionem Collegiis ac Capitulis tribuit, qvam jus potius constituendi Episcopos Imperator Henricus V. abdicavit, & investituram Episcoporum per annulum & virgam pastoralem seu cambucam remisit, retenta solum ea, qvæ per sceptrum regalia designatis Episcopis concedit, ita tamen, ut electiones, qvæ hactenus penes Clerum & Populum fuerunt, penes eosdē qvoq; imposterū remanerent. Successu igitur temporis, & in principio seculi XIII. Canonici sive Capitulares Ecclesiarum Cathedralium sibi solis, excluso Clero & Populo, vindicarunt electiones, connivente Pontifice Romano, cuius intererat à paucioribus & qvidem hominibus sibi deditis, fieri, Monzamb. de Stat. Imper. c. 3. §. 6. Dn. Conring. ad Lampad. p. 3. c. 6. §. 6. Burgoldens. ad Instr. Pac. Westphal. part. 1. disc. 20. §. 2. & seqq. ubi etiam ex Abb. Ursperg. formulam abdicationis, qva usus Heinricus V. fuit, refert. Plura huc facientia proponit Excellentissimus Dn.

D. Lind/

D. Lind^o/in Vniversitate Altdorffina Antecessor & P. P. cele-
berrimus, Ho^rpes ac Patronus meus summè honorandus, in
Disputat. de Concordat. Nat. German. cap. 1. num. 27. Ea qvæ
de electione antiqua, seu apostolica, dicta sunt, non leviter
confirmat M. Cyriacus Spangenb. in Chronica sua Illustr. Co-
mit. Hennebergens. libr. 1. cap. 22. pag. 61. in med. de Capi-
tul. Heripolens. hæc verba proferens : Hat Räyser Otto der I.
so nunmehr Anno 936. nach seinem Herrn Baffern / Räyser
Heinrichen/in die Räyserl. Regierung kommen war/den zehenden
Tag nach gedachtes Bischofss Burckards absterben / den 3. Apr.
diesen Graf Poppen/ Thumherm zu Würzburg/an desselben statt
dahin zum XIII. Bischoff und XXXV. Herzogen zu Francken
verordnet : und alsbald auch zu Salza in Francken / diesem
Stifte/sonderliche Privilegia mitgetheilt und insonderheit dieses :
daz hinförst ein ehrwürdiges Capitel daselbst / die Macht und
Freyheit haben solte/nach Absterben oder Atritt ihres Bischofss/
aus ihrem Mittel/ oder sonst ihnen selbst einen Bischoff zu erweh-
len. Welches biß hieher bey dem Capitul nicht gestanden / diß-
mal aber ist dem Capitul die Freyheit / selbst einen Bischoff zu er-
wehlen / verliehen worden : Hinc personis extra Capitulum vi-
ventibus, imò in genere omnibus laicis, hæc potestas est
ademta. Principes ergò laici Postulationibus sive Electio-
nibus interesse nequeunt, prout expresse prohibet c. Nullus
laicorum 1. Distinct. 63. Inde ne quidem ex consuetudine ali-
qua laici sive sint Principes sive sint inferioris ordinis hanc fa-
cultatem sibi acquirere valent, prout colligitur ex c. Massana
56. § . de Elect. & E.P. § c. Sacrosancta 51. eod. titul. § . 8. J. J. C.
qui eligere eligive poss. Nec obstant, qvæ profert Laurent. Ohm
in suo tractatu de jur. Episcopal. th. 16. in fin. & quæ ex § . 1.
J. J. C. qui elig. elig. poss. deduci queunt. Illud tamen consue-
tudine introduci potest, ut facta Postulatione sive Electione
requiratur consensus Principis, juxta expressum c. cum terra.
14. § . de Elect. & E. P. Talis verò consensus non habet præ-

Itans robur Postulationis aut Electionis , sed tantum, qvod
 consentiens non possit aliquid in futurum adversus postula-
 tum opponere , qvod etiam confirmat Abb. Panormitan. ad
 dict. cap. cum terra. 14. vers. Sed dictu latius &c. ubi ulterius sub-
 jungit: Si Ecclesia habeat Patronum, qvod tunc ipsius con-
 sensus debeat accedere post Electionem seu Postulationem,
 nisi aliter de sua jurisdictione obtineat , ut partes suas inter-
 ponere debeat electioni tractandæ. c. Nobis fuit. 25. de jur. Pa-
 tronat. d. §. 8. l. J. C. qui elig. eligive poss. qvia ejus in-
 terest , ut bonus Prælatus Ecclesia Patronatæ præficiatur,
 propter alimenta , & ut gratiam Ecclesiæ gratia compen-
 set. Canis. ad d. cap. 25. n. 5. & 6. Ziegler. ad d. §. 8. J. d. t. Tan-
 dem facultas postulandi etiam illi clero competit, qui est in
 quasi possessione juris Postulationis aut Electionis, licet post-
 modum in judicio ab illo evincatur , prout habetur in cap.
Querelam. 24. ¶ . de Elect. & E. P. cap. Consultationibus. 19. de ju-
 re Patronat. & cap. cum olim. 7. de causa possession. vid. Layman.
in sua Theolog. moral. libr. 4. tractat. 2. cap. 12. num. 3. ubi addit:
 qvod ab ejusmodi Clericis postulatus vel electus præferatur
 posteriori postulato aut etiam electo ab iis, qui proprietatem
 hujus juris habent , qvod similiter docet Abb. Panormit. ad ci-
 tat. cap. querelam 24. Rationem profert dictus Layman.
citat. loc. talem: Sicuti, inquit, bonæ fidei possessor fructus va-
 lidè alienat , ita hæc postulatio & electio à quasi posses-
 soribus recte fit, & quasi fructus juris hujus in alio transfert.
 Præter laicos atque illos , qui extra Capitulum constituti
 sunt, jus postulandi in specie interdictum est illis, qui sunt ex-
 communicatione majori ligati §. 3. l. J. C. qui elig. elig. poss.
 die in der Kirchen Bann und Acht seyn. vid. cit. Paul. Layman.
libr. 4. tractat. 2. cap. 12. num. 3. Minor vero excommunica-
 tio non nocet, secundum illa, quæ habet c. Illa quotidiana. 39.
 ¶ . de Elect. & E. P. & cap. ultim. in princip. verb. nec eligere
 prohibetur. de Cleric. excomm. Item suspensis ab officio per
 judicis

❧:(13.) :❧

judicis sententiam, non vero per canonem. §. 4. I. J. C. qui eligi-
ger. elig. poss. c. 8. n. de consuetud. & ibid. Gloss. in verbis: à su-
spensis. In cuius tamen distinctionis rationem differentiæ
non sine causa inquirit Ziegl. ad §. 4. Porro quoque ad Postu-
lationem admitti nequeunt illi, quibus à superiore id ex-
presse est prohibitum, ne elegant vel postulent, juxta citat.
Lancelott. in suis Institut. dict. titul. §. 5. Impuberis, per cap.
Ex eo quod. 32. de Elect. & E. P. in 6. & cap. Indemnitatis. 43.
eod. titul. in 6. Andr. Vallens. libr. 1. ad Decret. titul. de Elect. &
E. P. §. 5. Sacris ordinibus non initiati, juxta alleg. Vallens.
citat. loc. Quia absurdum videtur, eos ad tanti ponderis res
explicandas, quorum nullum est animi judicium, & ad sacra
tractanda, qui nondum illa attigerunt, assumi. Ob quam
rationem idem asserit in furiosis & mente captis Gloss. ad citat.
cap. Ex eo quod. 32. de Elect. & E. P. in 6. Prohibentur quoque
postulare, qui spatiō trium mensium Prælatum aut Episco-
pum eligere vel postulare neglexerunt, sicuti docet cap. Ne
pro defectu. 41. de Elect. & E. P. Quo casu hæc facultas ad pro-
ximum superiorem devolvitur, secundum citat. Lancelott. In-
stitut. §. 6. argumento c. postquam. 11. distinct. 50. & c. obeunti-
bus. 30. distinct. 63. Gloss. ad d. c. 41. de elect. Denique qui in Ec-
clesiis vel monasteriis expressè vel tacite professi non sunt
c. 32. de elect. in 6. Layman. Theolog. Moral. citat. libr. 4. tractat.
2. cap. 12. num. 3. Si tamen de horum habilitate probabiliter
dubitetur, admitti quidem possunt, sed cum protestatione,
quod eorum suffragia non plus valere debeant, quam de ju-
re valere possunt, quemadmodum communiter docent
DD. ad c. Cumana. 50. de Elect. & E. P. ibid. Abb. Pa-
normitan. n. 2. & sapientius allegat. Layman.
citat. loc.

14. 15.

CAP. IV.

*Qui postulandi veniunt, & qui Postulatione
indigni, enucleans.*

Eligendus in Episcopum debet esse legitimè natus, c. cum
in cunctis. 7. de Elect. & E. P. & c. Consuluit. 5. de serv. non
ordinand. justæ ætatis, i. e. annorum triginta, probatæ insimul
vitæ & scientiæ. c. qui in aliquo criminе ult. distinct. 51. &
c. 1. 2. & 4. distinct. 78. c. 7. pr. & c. cum nobis. 19. de Elect. & E.
P. c. Cum in cunctis. 7. & c. Innotuit. 20. citat. titul. pluribusqve
qualitatibus predictus, qvæ juxta sacros canones c. qui Episcopus.
2. distinct. 23. c. 2. dist. 36. c. 6. dist. 38. & Concil. Trident. Decre-
ta Sess. 24. c. 1. de reform. Observandæ veniunt. Imò in ordine
qvoqve subdiaconatus & qvidem ad minimum sex men-
sium spatio ante Electionem vel Postulationem constitutus
esse debet, uti tradit citat. Concilium Trident. Sess. 22. cap. 2. de
reform. juxtim & c. 9. & . de ætat. & qual. & c. Imò in genere
talis & tantæ ætatis, vitæ atq; scientiæ esse debet, ut muneric
sibi injungendi necessitati satisfacere possit. In Episcopatu
enim regimen animarum, & ars artium continetur. §. 9. I. J. C.
qui eliger. elig. poss. vid. Vallens. ad tit. de Elect. & E. P. §. 6. n. 1. & 2.
Qvia verò sæpius res alicujus Ecclesiæ certæ personæ admini-
strationē curamq; desiderant, quæ tamen ob defectū alicujus
requisiti canonici eligi neqvit, Postulatione utendum est, ut
persona ista ad Episcopatum vel Prælaturam promoveatur,
per ea qvæ supra c. 2. dicta sunt. Exinde non eligendus, sed
postulandus est Episcopus unius Ecclesiæ ab altera Ecclesia,
cum enim priori jam allegatus sit, ad alteram transitum per
electionem facere neqvit. cap. 4. c. final. & . de Postulat. Præ-
lator. & c. cupientes. 16. de Elect. & E. P. in 6. §. 3. I. J. C. de Po-
stul. Aliud juris obtinet in Abbatibus & cæteris Prælatis infra
Episcopalem dignitatem constitutis, juxta expressos textus
in c. Si Abbatem. 36. de Elect. & E. P. in 6. §. 3. I. J. C. de Postul.
Ratio-

Rationem diversitatis comm. Canonistæ qværunt in ar-
etiori coniunctione Episcopi cum Ecclesia, cui matrimonia-
liter conjunctus dicitur in c. 15. ¶ . de testam. & ult. volunt.
Coras. de Sacerdot. p. 4. c. 2. n. 10. & seq. Alteserra ad c. 1. ¶ 2. ¶ .
de Postul. Prælat. Aliam tamen adducit Duaren. ex can. 1. Con-
cil. Sardicens. lib. 5. de Sacr. Eccles. Ministr. c. 3. Consimili modo
non professus postulari debet in Abbatem, arg. c. 27. & 49.
¶ . de elect. & elect. pot. c. 28. eod. in 6. Abb. ad c. cum monasterium.
13. in fin. de Elect. & E. P. Hostiens. in summ. de Postul. Prælat.
n. 3. Laicus qvoq; postulari potest ita tamen , ut non maneat
Laicus, sed per singulos gradus ascendat ad culmen Episco-
patus. c. Osus. 10. distinct. 65. §. 2. I. J. C. de Postul. Qvando
enim Laicus merito suæ perfectionis clericalem vitam tran-
scendit, utiqve, exemplo Nicolai Severi & Ambrosii ejus Po-
stulatio rata haberi potest. Petr. Peck. ad c. 1. de R. J. in 6.
Ziegl. add. §. 2. Alteserra ad c. 1. ¶ 2. de Postul. Prælat. Similiter
postulatur illegitime natus , cap. innotuit. 20. in f. de Elect. &
E. P. tot. dist. 56. Coras. de Sacerd. p. 3. c. 2. Ziegl. ad §. 9. I. J. C.
qui eligier. eligiv. & c. Alteserra ad c. Duar. lib. 4. de sacr. Eccles.
min. c. 5. In non sufficienti ætate ad electionem constitutus
c. cum in cunctis. 7. c. cum nobis. 19. in fin. eod. §. 2. I. J. C. de Po-
stul. ibid. Ziegl. Add. Alteserra ad d. c. 19. de elect. Duar. d. lib. 4.
c. 9. Denique Clericos alterius professionis, ordinis & col-
legii postulandos esse, nonnulli contendunt ex c. cum mona-
sterium. 13. de Elect. & E. P. c. 13. c. 16. dist. 61. & ex ea ratione,
qvod regulariter electio fieri debet de gremio ipsius Eccle-
siæ. Qvibus tamen alij contradicentes electionem horum
defendunt, præsertim ratione Episcoporum, per c. 21. ¶ . de
Elect. clem. 1. eod. & d. c. 13. explicant de Electione , verbo Po-
stulationis improprie accepto , cum ibid. confirmationis fiat
mentio , qvæ Electionem arguit, non Postulationem , qvæ
non confirmatur, sed admittitur & adprobatur. c. 3. & seq.
de Postul. Prælat. Ad d. c. 13. & 16. dist. 61. responsio deesse

non

¶: (16.) : ¶

non potest ex iis, quæ supra c. 2. de Origine diximus. *Vid. Gloss.*
ad d. c. 13. Alteserr. ad d. c. 21. de Elect. Tandem pro his omnibus, qui non animi vel corporis vitio laborant, sed qui ob defectum alicujus qualitatis canonicae eligi impediuntur, Postulatio institui potest, modo sint spectatae probitatis, scientiae atque virtutum morumque splendore in Ecclesia fulgeant. c. *cum*
in cunctis. 7. de Elect. & E. P. quia nihil est, quod DEO magis officiat, quam si indigni assumantur Episcopi aut Prælati ad regimen animarum, sicuti habetur in princip. c. *Nihil est. 44.*
citat. tit. Prohibentur autem postulari criminibus contaminati, veluti perjurus, incontinentes, homicida, inobedientes, &c. *Hostiens. in Summ. de Postul. Prælator. num. 7. Pet. Peck. & d.*
c. 1. de Reg. Jur. in 6. n. 27. Coras. de Sacerd. p. 3. c. 6. Simoniaci
quaque postulari nullo modo possunt, juxta c. *Supere o 12. in*
fin. & c. penult. *de Elect.* Nec excommunicati tam majori quam minori excommunicatione. c. f. *¶. de cler. excomm.* ubi ratio hujus juris expressa habetur, quam pluribus explicat *Gloss. ibid. Ungepauer. ad Decret. libr. 1. tit. 6. num. 14.* aliquique delinquentes. Debet enim, ut Postulatio admittatur impedimentum esse canonicum, quod per superiore tolli potest, ut puta si postulatus sit minor aetate, &c. Impedit enim verò ex delicto proveniens à superiori tolli nequit. Accedit quod in Postulatione insuper attendendum veniat, ne Postulationis dispensatio super defectibus ac Canonicis impedimentis difficultis sit aut dura Ecclesiæ, qua de re vid. *Pannormitan. ad c. final. de Postulat.* Similiter Postulatione indignus habetur, qui interdictum violavit per c. *Ad hæc. 1. de Po-*
stul. & ea, quæ ibi differit Alteserra. Tandem ob vitium corporis, quod ordinis impedit executionem, aut insignem inducit deformitatem, postulari nequeunt v. gr. Epilepticus, nisi forte curatus sit, c. 21. *¶. de elect. membro mutilatus, c. f.*
dist. 55. de quibus & aliis agit Hostiens. in Summ. de Postul. Præ-
lat. n. 4. & seq. Coras. d. p. 3. c. 6. Alteserra ad d. c. 21. de elect. Duar. d.
lib. 4. c. 3. & 4.

CAP. V.

CAP. V.

*Exhibens formam ac modum Postulationis
Canonice.*

Tum Electionis, tum Postulationis, causam esse vacantem sedem Episcopatus alicujus aut Prælaturæ, docent c. 1. 2. 3. &c. de concess. præb. c. 2. eod. tit. in 6. qvia improbum nimis esset de successione viventis cogitare, ejusq; mortem quodammodo desiderare, in cuius beneficium qvis se credit successorum. Gail. lib. 2. O. 155. n. f. Petr. Peck. ad c. 1. de R. l. in 6. n. 27. Vallens. ad tit. de concess. præb. §. 1. Duar. lib. 6. de sacr. Eccles. min. & benef. c. 1. Schopp. de Postulat. Prælat. cap. 1. Pluribus autem modis vacare dicuntur beneficia, qvi tamen communiter ad tria vel quatuor genera referuntur. Vel enim beneficia vacant de facto tantum, vel de jure tantum, vel de jure & facto simul, vel per sententiam judicis. Hostiens. in summa. tit. de concess. præbend. n. 1. Zöös. ibid. n. 1. & seq. Vallens. eod. tit. §. 2. De omnibus vacantiæ modis nec agere lubet, nec vacat, pauca solum de duobus casibus, in quibus jure & facto beneficium vacat, adjiciam. Vacare & jure & facto creditur, si morbis & annis confectus beneficiatus, beneficio superesse non potest, tunc non dejicitur de Ecclesia, sed ei Coadjutor postulatur vel adjungitur, secundum formam in c. un. de cler. agrot. in 6. præscriptam. Alteferr. ad c. 5. &c. de cler. agrot. Vallens. d. t. n. 4. Ziegl. ad tit. I. J. C. de Coadjut. Schopp. cit. loc. Coadjutoris Postulatio specialiter permitta est per constitutionem Bonifacii VIII. cap. un. de cler. agrot. in 6. secundum formam ibi præscriptam. Morte vero naturali sine omni dubio fit vacantia jure & facto, si Episcopus vel Prælatus diem suum obiit, tunc enim revera vacans Ecclesia & viduata dicitur, cum gubernatore & administratore careat, ad exemplum viduæ, quæ vacans mulier à JCtis appellatur. l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de vi publ. Qvia vero haud exiguum

exiguum periculum ex diurna vacatione Episcopatum
 Ecclesiis imminet, à Pontificibus constitutum est, ut Electio
 seu Postulatio intra tres menses, nisi justissimum subsit im-
 pedimentum, incipiatur ac absolvatur, juxta expressum tex-
 tum c. Ne pro defectu. 41. de Elect. & E. P. ut & c. postquam
 quemquam. 11. distinct. 50. Ne diutius vident Ecclesiæ ob peri-
 cula varia, quæ diutinam vacationem comitantur. c. 18. de Elect.
Alteserr. d. c. 18. & ad d. c. 41. ubi inter alia ad c. 2. de concess.
 præbend. respondet, & illud accipit de beneficiis collativis,
 quæ minus periculum habent. Descriptiones autem collati-
 vorum & electivorum beneficiorum exhibet *Duar. lib. 5. de*
sacr. Eccles. minist. cap. 1. Add. Schopp. citat. cap. 1. Intra quod
 spatum Electio seu Postulatio à Capitulo institui debet, sub
 poena devolutionis ad proxime superiorem, *alleg. c. Ne pro*
defectu. 41. Dies autem computari incipiunt non à die va-
 cationis, sed à die, quo Canonici innotuit vacatio Ecclesiæ, si-
 cuti judicat *Andr. Vallens. §. 3. num. 1. de Elect. & E. P.* ita
 tamen, ne de Postulatione tractetur ante sepulturam, c. 36. de
 elect. imo non nisi tertio post depositionem, i.e. sepulturam,
 die ad Postulationem accedatur. c. 7. dist. 79. quoniam festina-
 tio nimia sapit contentū. *Alteserr. ad d. c. 36. Z oēs. ad tit. de elect.*
n. 63. Vall. eod. tit. §. 2. Arctari vero terminus definitus potest à
 Capitulo, & brevior præfigi absentibus, dummodo sit idoneus,
 quo vocati adsint electioni. c. 18. de elect. Quoniam tres men-
 ses in favorem Capituli constituti sunt, quibus velut juri pro-
 se introducere recte renunciat. l. pen. C. de pact. maxime si sit
 periculum in mora. *Alteserr. ad d. c. 18.* Sepulto ergo Episco-
 po, sive Prælato, Canonici, seu qui sunt de Collegio Ecclesiæ
 viduatæ, in Capitulo apparere, diem Electioni aut Postulatio-
 ni præfigere, juxtim ac absentibus Capitularibus illam de-
 clinuntiare debent, cum denominatione loci commodi, qui
 per erumque est ipsa Ecclesia, juxta c. quod sicut. 28. de elect. vel
 chorus Ecclesiæ. c. cum nobis olim. 19. eod. vel Capitulum. c. 30. d. t.
 vel

BIBLIOTHECA
 UNIVERSITATIS
 SACHSEN-ANHALT
 MAGDEBURGICO

¶:(19.) : §

vel alius honestus ac decens locus, secundum cujusq; Ecclesiæ consuetudinem. vid. *Alteserr. ad d. c.28. Andr. Vallens. citat. loc.* Si autem Capitulares de certo loco inter se haud convenire valeant, is per sortem dirimendus venit. *Stephan. Gratian. Discept. Forens. cap. 655. num. 43. ibique plures citati.* Omnes autem ac singuli, qui jus postulandi habent vel jure communi vel ex privilegio, vel pacto & præscriptione, *c.50. de elect.* legitimè citandi & vocandi veniunt, *add. cap. Cum inter. 18.* & *c.35. de elect.* cum Postulatio fieri debeat solenniter, vocatis quorum interest, *arg. l. 47. ff. de re jud.* & invitis Episcopus non detur, *c. 13. dist. 61.* modo sint in provincia. *dd. cc.* Extra provinciam quis sunt, non vocantur, nisi aliter de consuetudine obtineat, ut in Gallia de toto regno vocandi sunt. *c. 55. de elect.* Præsentes quoque; qui præsentialiter obitum Episcopi cognoverunt, non sunt vocandi, *d. c. 18.* quia certus non amplius est certiorandus. *l. 1. §. 1. ff. de act. emt.* Vocatio autem hæc non per campanæ sonum, *c. 30. de elect.* sed per literas vel nuncium fieri debet. *d. c.18. & 28. d.t. Gloss. ad d.c.18. de elect.* *Alteserr. ib. & ad d.c.35. Vallens. d. t. §. 2. n. 3.* Alioquin si quis eorum præteritus fuerit, poterit is ob sui contemptum agere & Postulationem aut Electionem, etiam jamdum admissam, aut confirmatam, infirmare. *c. Bonæ memoriae. 36. de Elect.* & *E. P.* nisi malit propter bonum pacis Postulationi aliorum accedere, illamque ratam habere. *c. quod sicut. 28. eod. tit.* Talisque infirmatio fieri debet per sententiam, neque enim Postulatio hujusmodi est ipso jure nulla, quamvis ita videri posset per *c. 55. inf. de elect.* & *§. 2. l. J.C. dict. tit.* qui vocatio absentium non est de substantia Postulationis. *c. 50. d.t. Hostiens. in Summ. tit. de elect. n. 11. Alteserr. ad d. c. 28. Zoës. d. t. n. 65.* Absentibus vero, qui justa ex causa impediuntur, quod minus comparent, concessum est, procuratorem seu mandatarium constitueri, si modo ex Capitulo sit. Extraneum enim Canonicici recipere ministrantur, *c. quia propter. 42. §. illud autem. cit.*

tit. & c. si quis justo. 40. eod. tit. in 6. Si vero absens plures procuratores constituerit , non aliter admittendi sunt quam si singulos in solidum constituat, qvo casu melior conditio præoccupantis est, secundum jam citat. c. si quis justo. 40. in princip. Nullo præoccupante , sed utroq; vel omnibus simul concurrentibus, ne in diversos vota dirigant, is solus admittetur, quem Capitulum sive major ipsius pars elegit. vid. d. c. Vel si inter se invicem dissentiant, is admittendus, qui primus in instrumento procuratorio positus. d. c. §. verum. Gloss. d. c. 40. Zoës. ad tit. de elect. n. 68. & seqq. Coras. de sacerd. p. 4. c. 3. n. 13. Si itaq; hoc modo convenere, concorditer fieri debet Postulatio, per c. Bonæ. 3. & c. seq. ¶ . de Postulat. Prælator. id est, vel ab omnibus, vel saltem à majore parte Capituli sive Collegii, quia in actibus Collegii regulariter attenditur, quod fit à majore ac saniore illius parte, c. cum in cunctis. I. ¶ . de his quæ fiunt à maj. part. Capit. qualis major pars etiam in dubio præsumitur. Zoës. ad d. t. de his qui fiunt à maj. Vallens. ad tit. de elect. §. 4. n. 3. Ziegl. ad §. 10. & 12. I. J. C. d. tit. Idcirco Postulatio, quæ fit à minore parte, haud admittitur, nec per subsequentem consensum potest ratificari, quia ipso jure nulla est. c. 29. de Elect. c. 3. de Postul. Prælat. Alteserr. ibid. Vallens. d. t. §. 4. n. 2. Ungepauer. ad Decretal. tit. de Postulat. Prælat. n. 12. Si vero in Postulatione pars Capituli electionem, altera pars Postulationem præferat, ut adeo Electio aut Postulatio concurrat, posterior non admittitur, nisi postulantum numerus sit eligentium duplo major, juxta expressum c. Scriptum est. 40. de Elect. & E. P. Cur autem Postulatio, si cum Electione concurrit, duplo majorem Capituli partem requirat, ostendit Job. Bapt. Vivian. in rat. ad cit. cap. scriptum est. 40. Postulatio enim est remedium extra ordinarium & innititur soli gratiæ superioris, neque adeo est favorabilis, sicuti electio, quæ innititur juri, atq; contractum parit inter eligentem & electum. Unde jus illud expugnatu difficultius est, quoniam iniciatur da-

cus,

tus, tanquam sponsus, viduatæ Ecclesiæ per vinculum matrimoniale. *Alteserr.* ad c. 3. de Post. Præl. & ad c. 40. de elect. *Val-*
lens. ad titul. de Postul. Præl. num. 4. *Matth. Stephan.* de Juris-
dict. libr. 3. p. 1. c. 10. n. 8. Suffragia ipsa quod concernit, de-
bent esse certa non dubia, & qvivoca, aut obscura. Inde for-
mulæ hæ admitti nequeunt: *Postulo hunc eligendo, vel eligo*
hunc postulando; vel: *Postulo eligendum, ve eligo postulandum,*
c. un. de Postul. Præl. in 6. Qvoniam juxta Canonist. hæ formulæ
continent inter se repugnantiam, qui enim eligit, dicit, eum
quem eligit, nullum habere defectum, qui vero postulat, de-
fectum agnoscit & fatetur. *d. c. unic. de Postulat. Prælator. in 6.*
& *ibid. Gloss. Zoëf. ad tit. de Postul. Prælat. n. 8.* *Ungepauer ad*
Decret. cit. num. 12. Singulariter tamen ex benignitate cano-
num ob favorem & utilitatem Ecclesiæ receptum est, ut si
probabilis facti, non juris c. 13. de R. I. in 6. ignorantia vel dubi-
tatio intervenerit: utrum quis vel postulandus vel eligendus
sit, valeat formula hæc: *Postulo & eligo prout melius de jure*
valere potest, juxta citatos Authores. Sed quid, si hæc formula:
Eligo & postulo, prout melius, &c. electo aut postulato præsen-
tetur, an præcisè tenetur certam speciem, aut Electionem,
aut Postulationem, recipere? Romanus Pontifex ipse respon-
det in *d. c. un. 6.* tradens, quod, licet in præsentia dubio po-
stulantes aut eligentes aliquantum possint variare, anteqvam
scilicet præsentatio superiori facta fuerit. *Ungep. ad Decr. de Po-*
stul. n. 12. in med. electus tamen aut postulatus unam viam ap-
prehendere teneatur, ne in incerto vagetur. *d. c. un. & c. 25.*
de elect. in 6. Gloss. ad d. c. un. de Postul. Prælat. Zoëf. eod. n. 9. Mo-
dus Postulationis fit itidem tripliciter, sicuti in Electione c. 42.
de elect. §. 9. I. J. C. eod. vel per *Inspirationem divinam*, de qua
ex mente Canonistarum *Coras.* p. 4. de Sacerd. c. 3. n. 9. ita judi-
cat, columbam jam diu à corvo enecatam esse; vel per *Com-*
promissum, qui modus Postulationis juxta tradita *Cuchi*
Libr. I. Inst. Jur. Canon. tit. de Elect. & E. P. vers. principio igi-

¶: (22.) : ¶

tur sciendum est, &c. ideo inventus esse videtur, ut postulantes
vel eligentes se postulandi onere liberent, & minori turba
res sortiatur exitum, quæ plerumq; in ejusmodi negotiis
oriri solet. At hodie vel plane non, vel rarer ter in usu est,
quia unusqvisq; sibi magis, quam aliis confidit. Zieg. ad d. §. 13.
I. J. C. de elect. vel per Scrutinium. De qvibus modis omni-
bus & singulis vide Alteserr. ad d. c. 42. de elect. Coras. d. l. n. 8.
Matth. Steph. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 9. n. 39. Ungep. ad tit. de
Elect. n. 24. & ib. Zoëf. n. 71. & seqq. Vallens. §. 4. n. 4. & deniq;
comm. Canonistarum Scholam. Scrutatores vero ipsi eligun-
tur à Capitulo sive Collegio, Ungepauer. ad citat. titul. num. 30.
31. & seq. qui semetipso ingerunt, non immerito habentur su-
specti, secundum leg. Quæ omnia. 25. ff. de Procurat. & De-
fensor. Abb. Panormit. ad c. quia propter. 42. de Elect. & E. P.
Horum officium est, ut Canonicorum suffragia secrete &
singulatim diligenter exquirant, & demum in scripturam
redacta publicent. d. c. quia propter. 42. de elect. §. 10. I. J. C.
cod. Qvo facto, collatione habita, censemur postulatus in quem
vel omnes, vel major & senior pars Capituli, consenserit d. §.
10. c. 21. de elect. in 6. Formulam postulationis in Germania
usitatæ hanc proponit Schopp. de Postul. Prælat. cap. 2. In No-
mine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Nos Liborius Hirsch/
Prior, Lucas Krause, Procurator, Sebastianus Bolemann Bursarius,
Johann. Sidermann, nec non Johannes Lisegang, Conventuales
Cænobij Walckenredensis, omnibus ac singulis, ad quos haec literæ
nostræ pervenerint, salutem in Christo precamur, & notum faci-
mus, quod post obitum Illustris ac Generosi, Domini Ernesti, Comitis
de Honstein, Domini in Lora & Clettenberg, Administratoris
Walckenredensis, piæ recordationis, Nos omnes hic in loco Capitulari
convenimus, & examinatis omnibus ac singulis circumstantiis hu-
jus multis modis gravati, ac ad interitum propè redacti Cænobii,
virum, qui consilio & auxilio huic rei sufficiat, eligendum & huic
Cænobio præficiendum duximus. Cune autem voluntatem &
facul-

¶: (23.) ¶

Facultatem operis, à plerisque desperati, conficiendi in nemine maiorem accommodiorem invenerimus, quam in Reverendissimo, Illustrissimo ac Generosissimo Principe ac Domino, DN. HENRICO JULIO, Postulato Episcopo Halberstadiensi, nec non Duce Brunsvicensi & Luneburgensi, Domino nostro clementissimo, vero hujus territorij Domino ac possessore. Ideo cum ratificatione omnium ab ipsis Celsitudine in rem ac utilitatem hujus Cœnobij hactenus gestorum, in loco Spiritu Sancto, prænominatum Principem, Ducem Henricum Julium in Administratorem hujus Cœnobii unanimiter elegimus ac submisse postulavimus, nec non publicè ante altare proclamavimus, omnes ac singulos submissè rogantes, ac officiosè requirentes, ut huic rei, habito maturo consilio, ritè ac solenniter peractæ plenam fidem adhibere velint. Cujus gratia etiam præsentes manu propria subscribimus & iisdem nostrum sigillum subjecimus. Actum Walckenredæ 1. Septembr. Anno 1593.

(L. S.)

In majorem fidem ego Liborus Hirsch/Prior, subscripsi.

Hæc supra scripta omnia ista acta esse, attestor manu propria
Lucas Krause, Procurator.

Ego Sebastianus Boleman Bursarius in testimonium sub-
scripsi.

Ego Johann. Lifegang, Convent. in testimon. subscripsi.

Johann. Sidelman attestor.

Ipsam Postulationem aut Electionem intra octiduum, aus
quo citius fieri potest, postulantes Postulato præsentare
debent. c. b. c. cupientes Ecclesiarum. 16. vers. cæterum si eligen-
tes. de Elect. & E. P. in b. Præsentatione postulato facta, in-
tra mensis spatium secum deliberet, an Postulationem aut
Electiōnem velit recipere, nec ne, c. quam sit Ecclesiis. b. eodem
titul. in b. post præstitum consensum intra tres menses(vid.
tamen Nicol. III. constit. in c. cupientes. 16. de Elect. & E. P.
in b. ubi hoc tempus, considerata locorum distantia, amplia-
tum,

tum, & Schopp. de Postul. Pralat. cap. 3. ubi dicit, qvod Praxis
 qvoq; Germaniae per sex mensium cursum administratio-
 nem Capitulo relinquit, idq; exemplo Capituli Osnabru-
 gensis confirmat) id indicari debet superiori, qui super im-
 pedimento vel defectu, qvo Postulatus laborat, dispensare
 potest. vid. Archidiac. ad allegat. cap. Quam sit Ecclesiis. 6. atq.
Ungepauer. ad Decretal. tit. de Postulat. num. 11. Superior vero
 in Postulatione Episcoporum est solus Pontifex Romanus,
 cui maiores causæ reservatæ sunt, inter quas Episcoporum
 causa refertur, juxta cap. ut debitus honor. 59. in fin. de Appellat.
Gloss. & Canonist. ad cap. ultim. de Postulat. Ungepauer. ad De-
cretal. citat. loc. num. 14. atque hic certa uti debet formula,
 quæ est: Postulationem admittimus, vel ducimus Postulatio-
 nem admittendam. *Gloss. Anton. de Butrio & Panormitan.*
in c. gratum gerimus. 2. num. 13. de Postulat. Prælator. Hinc
 superior scribere nequit: Confirmamus Postulationem, quia
 cum tota Postulatio ab ejusdem gratia pendeat, nihil qvoq;
 erit, qvod confirmari possit. *Ungepauer. cit. loc. Deniq;* ut Po-
 stulatio admittatur, omnes Postulati defectus, ob quam elec-
 tio locum habere nequit, postulantes apud superiorum ex-
 primere debent. vid. Cucch. Inst. Jur. Canon. lib. 1. cap. 8. Sed
 hac occasione non incongruè queritur: An Superior cogi-
 possit ad concedandam vel admittendam Postulationem?
 Respondeatur, regulariter qvod non. Fit enim Postulatio in
 subsidium Electionis, ut incapax promoveatur, nullumq; jus
 postulato tribuit, exinde, quia sola gratia superioris nititur,
 ille qvoq; eandem vel admittere vel rejicere potest. *Vallens.*
ad tit. 1. de Elect. & E P. s. 1. num. 5. Gloss. ad c. Bonae. 3. in verb.
ex gratia. de Postulat. Prælat. ubi tradit, ex justa qvoq; causa
*superiorum ad dispensationem seu admissionem compel-
 lendum esse, si potens sit postulatus ad Ecclesiam defenden-
 dam aut benè doctus, aut egregiis moribus prædictus, nec re-
 periatur alius, per quem ita benè consulatur Ecclesiæ. Unde*
qvoq;

qvoq; in c. Nullus laicus. 17. §. de Jur. Patron. traditur, qvod, si Episcopus vel Prælatus improbitatis aut avaritiæ causa consentire noluerit, id ipsum Romano Pontifici nuntiari possit. Plura qvoad formam & modum Postulationis Canonicæ vid. apud *Gloss. & Canonist. ad tit. de Elect. & Postulat.*

CAP. VI.

Postulationis convenientiam cum Electione, ipsiusque discrepantiam per- tractans.

IN plerisque qvidem, prout ex hactenus dictis liquet, Postulatio cum Electione convenit, adeo, ut qvondam Jus Canonum Postulationis atque Electionis verbum promiscuè receperit, sicuti ex iis, qvæ c. 2. dicta sunt, patescit. Postmodum tamen à se invicem ita distincta sunt, ut ea, qvæ ex Canonum authoritate in Electione Episcoporum præscripta sunt, necessitatis ac utilitatis gratia in Postulatione haud observentur, quam distinctionem confirmat *Pacific. Westphal. art. 5. §. 4. Laurent. Ohm in tract. de Jure Episcop. th. 14. lit. c.* Discrepant igitur inter se Postulatio & Electio, qvod illa non tam ex jure Canonum sit, quam constitutione ac ordinatione Romanorum Pontificum, in subsidium Electionis recepta & confirmata. *Joach. Stephan. Institut. Jur. Canon. libr. 1. cap. 4. num. 3.* Præterea Postulatio fit ita, ut nullum jus ante præsentationem Superiori factam postulato tribuat, sed à Superiori ita dependeat, ut eam admittere, vel recipere possit; Electio vero jure communi nititur, ac semel perfecta per mutuum consensum & contractum eligentium & electi jus irrevocabile inducit. *c. cum inter Canonicos. 21. de Elect. & Elect. Pot. & ibid. Alteferr. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 10. n. 4. Ungep. de Postul. Prælat. n. 12.* Deinde & illa ad-

D

duci-



ducitur differentia , qvod in electo Episcopo confirmatio Superioris reqviratur & consecratio ; in postulato verò admissio & dispensatio Superioris loco confirmationis sit , testante Matth. Stephan. de Jurisd. libr. 3. part. 1. cap. 9. num. 3. & seqq. Deniq; differunt in eo , qvod ille , qui eligi non potest , postulari tamen queat , modo non omnino incapax sit ad administrandum Episcopatum vel Prælaturam , sed facile dispensabile impedimentum ac defectum habeat , uti docet Abb. ad c. ult. de Postulat. Prælat. num. 10. atque Layman. lib. 4. Theol. Moral. tr. 2. c. 12.

CAP. VII.

Suppeditans finem Postulationis ac effectum Postulatorum Episcorum.

Postulationis admittendæ finis est urgens necessitas atque Ecclesiæ viduatæ utilitas , cui per Postulationem Electionis loco providetur. c. Bonæ memoriæ. 4. de Postulat. Prælat. Ungepauer. ad Decretal. de Postulat. num. 13. Effectus verò ratione ipsius Postulati est , qvod Collegium vel Capitulum eo ipso , dum Postulatio à Superiori admissa est , in Postulatum transfundat omne jus Episcopale , (qvod definitur per potestatem Episcopo legitimè & canonicè electo vel postulato competente.) Ipsius varia constituuntur capita , quæ ad quatuor retulit Laur. Ohm. de jur. Episc. §. 15. Ordinem videlicet Legem dioecesanam , Jurisdictionem , & Statutum vel dignitatem. Quæ distinctio Carpz. lib. 1. Jurispr. consit. tit. 1. def. 4. Burgold. ad Instr. Pac. p. 2. disc. 17. §. 6. quoque probatur , minime tamen ad palatum Taboris esse videtur , uti conjicere licet ex iis , quæ habet thes. 28. in f. de Regim. Imper. Ecclesiast.) Postulatio namq; admissa idem dat juris Postulato , qvod confirmatio & consecratio electo. Zoëf. de Postulat. Præl. n. f. Quare Hostiens. in Summ. de Postulat. num. 11. dicit , qvod

quod Curia Romana Postulationem recipiat cum effectu ita, ut recipiendo corroboret, atque corroborando recipiat, sicut consuevit dici de Papa, qui eligendo confirmatur & confirmando eligitur. Approbatio siquidem Postulationis & postulati pro electione & confirmatione habetur, datq; Episcopis licentiam transeundi ad Ecclesias Postulantium si-ne alia confirmatione. Quod & Jure Canon. constitutum, & stylo Curiæ Romanæ receptum est, ut evitentur circuitus atque Ecclesiarum dispendiis occurratur. *Coras. d. p. 4. de Sacerd. c. 2. num. 18.* Quæ cuncta tamen de solenni Postulatione ex mente illorum, quibus distinctio Postulationis solennis & minus solennis placet, intelligenda sunt, quæ electionis & confirmationis vim secum trahit, non vero de Postulatione simplici, ubi adhuc electione & confirmatione opus est, sicut refert *Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 10. n. 11. Ungep. de Postul. Præl. n. 16. & seqq.* Admissâ ergo Postulatione, postulato Episcopo æque a electo, omnia quo-que competit Jura Episcopalia, non solum illa, quæ sunt Ordinis, atque Statum & dignitatem Episcopalem concer-nunt, sed etiam quæ sunt Legis Diœcesanæ, quæ potissimum administrationem ac honorum Ecclesiasticorum cu-ram concernunt. Imo etiam ea, quæ ad Jurisdict. Ecclesiasticam, sive Episcopalem audientiam spectant, vigore cu-jus Episcopus in tota sua Diœcesi causas Clericorum omnes, laicorum vero spirituales audire & per sententiam decidere potest. *c. 38. & multis seqq. c. 11. q. 1. c. 12. &c. de for. competent.* Unde in c. 2. de jud. decernitur, quod causæ spiritua-les & Ecclesiasticæ coram judice Ecclesiastico ventilandæ sint. Quæ autem sint causæ Ecclesiasticæ, ex capitibus Ju-ris Episcopalis dijudicandæ veniunt, de quibus videri po-test *Carpzov. d. l. & lib. 3. tit. 1. def. 2. Laur. Ohm de Jur. Epi-scop. th. 15. 16. 17. 18. & seqq.* Nonnunquam tamen etiam Jure Canonico Clericus Laico judici subjicitur, videlicet in

causis feudalibus. c. 6. de for. comp. & causis delictorum, in
 qvibus ita occalluit Clericus, ut ab Ecclesiastico judice nulla
 ratione possit emendari. c. 10. de judic. Rittersh lib. 5. de diff.
 J. C. & C. cap. 4. Canis. ad d. c. 10. de judic. Poena namqve ejus-
 modi Clericorum ad magistratum & judicem spectat Polit-
 cum, ad qvem reus à judice Ecclesiastico remittendus est,
 si crimen poena capitali aut corporis afflictiva vindican-
 dum sit. Carpzov. Jurisprud. Confessor. libr. 3. definit. 3. num. 8.
 Præprimis cum jurisdictione criminalis per Concilium Toleta-
 num, juxta cap. Clericis in sacris. 5. Ne Clerici vel Monach. se-
 cular. negot. se immisc. ipsis clericis expressè ademta sit.
 Singulare verò ac speciale qvid obtinet in Episcopis, sive po-
 stulatis, sive electis Imperii nostri Romano-Germanici, qui
 vel experientia teste duplē exercent potestatem secu-
 larem ac ecclesiasticam. Et quidem secularem potestatem
 Episcopi Germaniae tempore Ottonis M. impetrarunt, sicut
 ti demonstrat Struv. in Syntagm. Feudal. cap. 1. aphor. 4. Add.
 Johann. Gryphiand. de Weichbild. Saxon. cap. 28. & 29. Hinc
 ab eo tempore potestas secularis & regalia per investituram
 ab Imperatoribus hactenus in ipsos ita collata est, ut licet
 titulum Episcoporum retinuerint, territoriis tamen suis,
 uti Principes seculares, una cum Canonis præessent, &
 Provincias mixta quadam Reipublicæ forma gubernarent.
 vid. Pauermeister. de Jurisdic. libr. 2. c. 9. atq. Struv. citat.
 aphor. 4. in fin. Hujus potestatis intuitu Episcopi in Germa-
 nia, seu electi, seu postulati, Status Imperii sunt, omnimo-
 damqve exercent jurisdictionem. Mys. centur. 2. observ. 51.
 Antiquitus equidem inter Imperatores & Pontifices Ro-
 manos diu & graviter de constituendis in Germania Episco-
 pis disceptatum fuit, res tandem tamen composita est,
 postquam Heinricus V. Pontifici Romano investituram
 Ecclesiastica dimisit, sibiq; soli investituram de regalibus
 sceptro expediendam reservavit in Comitiis Wormatiens-
 fibus

fibus A. 1122. juxta qvam conventionem Imperator Episcopos de Jurisdictione & Regalibus investire: Pontifex autem Romanus Ecclesiasticam potestatem conferre solet, vid. *Dn. Conring. de Constitut. Episcop. German. th. 56. & mult. seqq.* Qvam utramq; potestatem Episcopi Germaniæ per suos Vicarios plerumque exercere solent, utpote Ecclesiasticam per Episcopos suffraganeos, vulgo die *Weyh-Bischöff/* qui sunt Episcopi substituti; secularem verò per Officiales, & suos Vicarios vel generales, vel speciales, velut ex *Marant. de Ordinar. judic. p. 6. de appellat. v. secunda principalis regula num. 369. Sprenger. Institut. Jur. publ. lib. 2. cap. 32.* docet. Duplici huic potestati in Episcopis Germ. multa & varia objiciuntur, qvæ in compendio exhibet, & ad ea respondet *Reinking. de Reg. Secul. lib. 1. class. 4. c. 9. n. 4.* qui omnino vindendus, qvæ tamen Jurisdictiones per promiscuum usum confundi non debent, sed distincte & ita qvidem expedientiae sunt, ut altera alteram potius adjuvet, qvam turbet. *Mylor. de Princip. & Stat. Imper. p. 2. c. 86. §. 3.* Non solum verò Episcopus postulatus & à Superiore admissus gaudet jure veri Episcopi etiam in Germania nostra, sed & onera omnia, perinde ut aliis Episcopus præstare, atq; sumtus conservatorios ædificiorum impendere debet, die *Bischöflichen Häuser und Aempfer in baulichem Stande zu erhalten.* *Schopp. de Postulat. Prælat. cap. 1. de oner. postul. Episcopor.*

CAP. II X.

Statum Postulatorum Protestantium Episcoporum annexens.

EX iis, qvæ cap. præced. dicta sunt, satis abundeq; apparel, qvid in Episcopis S. Imperii nostri Catholicis obtineat, & qva potestate prædicti sint, restat, ut pauca subjiciamus, qvid in Augustanæ Religioni addictis ex Constitutionibus

Imperii sacratissimis obtineat. Nemo autem negabit, per Transactionem Passavensem de Anno 1552. atque insecuram Pacificationem Religiosam in Recess. Imper. de Anno 1555. §. 20. nec non Instr. Pac. Westphal. art. 5. §. 16. Jurisdictionem Ecclesiasticam, quae penes Catholicos erat, in Principibus & Statibus Imperii Augustanæ Confessioni addictis eorumve territoriis in omnibus negotiis & causis religionem concernentibus, plene esse suspensam, atque Protestantibus Imperii Principibus & Statibus supremam circa sacram potestatem postlimino quasi restitutam fuisse. Reink. de Reg. Eccles. lib. 3. cl. 1. c. 19. n. 1. & seqq. Myler. p. 2. de Princip. & Stat. Imper. c. 86. n. 1. Nam suspensionem non negative, sed translative & cum pleno effectu factam intelligendam esse ipse §. 20. alleg. d. Pacificat. religiosæ satis evincit, quo facultas in terris Statuum A.C. comprobata est, ordinandi & exercendi religionem, ministros Ecclesiæ & ministeria constituendi &c. ex quibus argumentum concludens facile desumi potest. Non igitur audiendi sunt ii, qui suspensionem hac in re quidem fatentur, translationem autem agnoscere nolunt. Vid. Reink. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. cl. 1. c. 7. n. 18. Burgold. ad Instrum. Pac. p. 2. disc. 17. §. 6. inf. Neque forte etiam illi, qui principium hujus Juris Episcopalis in Statibus Imper. A.C. in Transactione Passaviensi statuunt, cum concessa Superioritas territorialis sine Jure Episcopali esse non potuerit. Nam quomodo salutem subditorum supra cura & potestate complecti diceretur, qui religionis curam non haberet. Tabor. de Regim. Imper. Ecclesiast. th. 23. Burgold. d. discurs. §. 4. Exinde tamen minime Catholici usq; ad Pacificationem Westphalicam Protestantes Episcopos, nec in Episcoporum ordinem, nec ad sessionem & suffragia in Comitiis admittere voluerunt, arbitrantes iis deesse aliquid, quo minus in Episcoporum Germaniæ numero haberi possint, cum nec confirmationem, nec consecrationem, nec admissionem Pontificis Romani habeant.

Tan-

Tandem tamen disceptatio hæc per Pragmaticam *Pacificationis Osnabrugensis* Sanctionem ex asse composita & sublata est, in qua *artic. 5. §. 6.* expressè dispositum est: Electi aut Postulati in Archi-Episcopos, Episcopos, aut Prælatos Augustanae Confessioni addictos à Cæsarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut Postulationis suæ fidem ficerint & juramenta regalibus consveta feidis præstiterint, absq; ulla exceptione investiantur, ultraq;ve taxæ ordinariæ summam insuper ejusd. dimidium pro infeudatione pendant, iidem, aut sede vacante Capitula, & qvibus administratio cum iis conjunctim competit, ad universales & qvæ ac particulares Deputationum, Visitationum, Revisionum, aliosq; Conventus Imperiales literis solitis evocentur, & suffragii jure fruantur, prout qvisq; Statuum ante religionis dissidia eorum jurium particeps fuit. De titulis Principum Ecclesiasticorum ex August. Confessione ita convenit, ut, absq; tamen præjudicio status & dignitatis titulis Electorum aut Postulatorum in ArchiEpiscopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum insigniantur, Sessionem autem in Scamno inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio & transverso capiant. Qvæ omnia Eitel Friederich von Herden, in der Grundfeste des H. Röm. Reichs Teutscher Nation p. 1. c. 5. §. 3. eleganter expressit: Obwohl eine geraume Zeit die geistlichen Fürsten und Prælaten/ so der Augspurgischen Confession zugewan / zu Reichs-Conventen weder beschrieben noch admittirt werden wollen / welches auf dem bewusten geistlichen Vorbehalt im R. A. de anno 1555. §. 18. entsprungen / so ist doch nicht allein durch mehrangezogenen Osnabrückischen Frieden ihnen die Thür wiederum eröffnet / sondern auch von Ferdinando III. bey Außschreibung des letzten Reichs-Lags/ die Gebühr hierunter beobachtet worden / massen denn darauf ein und ander von denenselben durch Gesandtschafft erschienen/ und die ihnen von neuem assignirte Stell in Reichs-Fürsten-

Fürsten-Rath eingenommen, Ex quibus omnibus jam patescit, Protestantium quoque Episcopos vere & legitime tales esse, & consensu Catholicorum pro talibus hactenus ita habitos fuisse, ut solum sessione in scandalo inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio transverso utantur. Cur enim illegitimis annumerentur, quos Instrumentum Pacis Catholicis in religiosis exequavit, & qui justam possessionem Episcopatus è manibus Capituli b. f. acceperunt. Burgold. ad Instrum. Pac. p. 1. disc. 20. §. 5. Vid. suprà citat. Dissertat. de Concord. Nat. German. c. ult. num. 23.

Et hæc sunt, quæ de Postulatione Canonica hâc vice in medium proferre vîsum fuit, quibus quin plura addi possint, non inficior; mihi tamen diutiùs iis inhärere temporis brevitas interdicit. Defectum C. L. suppleat, vel excusat, memor illius dicterii, *quod omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis, quam humanitatis sit.* DEO autem T. O. M. cuius gratia hoc quale quale exactum est, Specimen, immortales fero gratias.

F I N I S.







DO A 6368



Betro

WMA





